

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonae Versiones, Polonica Et Bohemica

Apvd Protestantes Hodie Receptae, Praemissa Notitia Versionis Vtrivsqve,
Cvm Originali Textv Hebraeo Collatae : Dissertatio Historico-Critico-Sacra

...

Ad Diem XII. Nov. Ann. MDCCCLIX. ... Examinandam Commilitonibvs Tradit

**Carpow, Paul Theodor Carpow, Paul Theodor
Rostochii, [MDCCCLIX.]**

VD18 90522079

Ad Jonae. Capit. I. v. I.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10388



Jam vero *Collatio Versionum* cum Originali institui potest aut *Historice* tantum, aut *Critice* insimul. Prius nominata methodus et si inutilis nequaquam aut reprobanda ac intermittenda prorsus, plus tamen habet facilitatis ac commoditatis pro Scribente, tanto magis autem difficultatis incommodique secum velit pro Legente; præcipuo, συνχρηστεως dijudicationisque onere ad hunc ita devoluto. Recepimus itaque hic illud quoque in nosmet, magis ut redundaret inde commodum Lectoribus, fere ubique omne atque totum, tam qua monstrandos nævos (qui tamen adsunt rariores) quam virtutes, idemque concisius nunc ediscerendo, nunc contra, read id invitante aut prorsus postulante, prolixius; et, summatim ut dicamus, ita, ut qua plurima potioraque loca *Commentarii in JONAM ipsum* instar esse possit simul Collationis hicce noster labor, quem favente DEO exordimus et absolvemus; unicum hoc adhuc monentes, nimis ob typorum hac in parte imperfectionem inevitabiles prorsus fuisse quasdam ab Ortographia Polonorum atque Bohemorum deviationes, quæ itaque inter legendum ne quæsto offendant, uti nec morabuntur multum, ejus peritos.



AD JONAE

Capit. I. v. I.

וַיְהִי Versio POLONICA habet: *I stalo sie*, BOHEMICA
I stalo se, h. e. ET contigit (vel, factum est).

De interpretatione literæ **וַיְהִי**, a qua vece incipiunt etiam libri sacri Josuæ, Judicum, Samuelis uterque, Jezechielis, Ruthæ, et Estheræ, parum convenit inter eruditos. Et sic speciatim etiam quod ad JONÆ librum, variantes tot apud Interpretes ejus occurruunt sententiæ, ut difficilis pene sit laboris earundem in certas quasdam classes distributio, præsertim cum ambigue haud raro sint dictæ. Sunt qui existimant, **Vav** hocce esse mere temporis conversivum, cætera non significativa-



ficativum, sed sermonem inchoare saltem, ex genio linguæ, adeoque quod ad sensum πλοναριευ. Dantur qui dubitant; nec desunt qui plane hoc et aperte negant, pleonasmo nimis tanquam interpretationis cuidam medio suspecto vel dissidentes vel repudiantes illud penitus. Horum porro alii consuetæ ejus vi conjunctivæ s. copulativæ hic quoque inhærent; alii, conjungendum quidpiam cui acquiescant haud invenientes, deserta ista alium quendam illi attribuunt significatum. Denique, qui inhærent, vel generalissima linguæ vertentis copula, v. g. Latinarum ET ac Germanarum UND, sunt contenti, vel specialiorum quandam particulam connexivam, v. g. PORRO, ETIAM, POSTEA, TUNC, exquirunt, pro diverso scilicet cohærentiæ modo, quem cum præcedente quodam sive Facto sive scripto (*), quisque animo concipit. Qui vero deserunt, 1) hocce signum esse volunt *attentionis* et quasi NR. quoddam Spiritus Sancti, æquipollens τὸ θεόν, id, Ecce! (**).

In tot itaque tantisque sententiarum divortiis, regia tanquam tutissimaque via incedunt Interpretes Poloni Bohemique, cum Belgis quibusdamque aliis, particulam hancce 1) per particulam quandam reddentes iterum, eandemque 2) conjunctivam ut et 3) generalissimam. Hoc enim agendo, per 1um Pleonasmo occludunt fores, quas aperire illi hicce necessitas non urget ulla; per 2dum certum illum τὸν ac exploratum omnibus significatum, quo copulationis symbolum est atque annexionis, præferunt incerto; per 3um autem, Lectorum non præoccupantes judicium, in lite nondum decisa nec facile decidenda liberum cuique, determinatum quendam connexionis modum secum cogitandi elegendique, relinquunt arbitrium.

*) Sive etiam utroque. Ad duo enim hæcce aut ad tria momenta commode redigi queunt varia hac de re Interpretum meditata. Conjicit nimis AUGUSTINUS, insinuari per 1) hujuscemodi prolationem veritatis in voce cum ea visione quæ sit in corde esse conjunctam; censet Cardinalis HUGO, copulari sic, quæ in mente servaverat Propheta; existimat STARKIUS, (vel potius Rev. LEHFELDT) connecti per illud. 1) specialem hancce JONÆ voca-





vocationem divinam cum munere Prophetico quod obierat iam
pridem (verba Viri propria sunt; Hier dienet es wōhl zur Verbindung
dieser besonderen Beruffung Gottes mit dem vorhin schon geführten pro-
phetischen Umte); ad alias res gestas ejus temporis respici vult O-
EOLAMPADIUS; conjicunt quidam, Jonæ hancce Prophetiam
esse nonnisi partem ex opere quodam grandiori decerp tam;
cum præcedenti proxime in coordinatione Librorum Biblicorum
Prophetia OBADIÆ cohærere hancce JONÆ, statuit R. MOS.
ALSCHECH; et sic porro.

**) Ita sentit AUG. PFEIFFERUS, idemque vult, (Pleonasmi quan-
quam inter fautores vulgo referri solitus,) ABENESRA, Vavim quæ-
dam initio sententiarum Librorumque occurrentia cum **ك**
Arabino comparans, ex Super-Commentatorum ejus mente, uti do-
cuimus *Animadvers. nostrarum Philologico-Critico-Sacrar. p.20. et f.*

Ad vers. 2.

בְּאֵלֹת קָרְבָּן). Versio POLON: *wstan, idz!* BOHEM:
wstan, gdi!
h. e. Surge, vade!

Hic versiones aliæ quædam intersetunt ET., acsi Elliptice
dictum foret לְיֻמָּה pro לְיַם וְלִקְרָב. Verum enim vero hæ-
dum aliquid hic citra necessitatem addunt, detrahunt multum
sic excitantis subito alloquii divini vigori. Asynteton enim hoc-
ce emphaticum est, celeritatisque index, acsi dices: *Surge*
(Age! sine mora) *vade!* (*) Laudem itaque meretur Interpretum
horum circa τὸ Ι, et si post Iota (Ι) literæ sacri Textus minimæ,
cura ac ἀναγιθεῖσαι, qua adhibita uti eam commate Ιmo in ipso li-
bri frontispicio haud abundare, ita nec deficere in commate hoc-
ce 2do compererunt. Laudem itaque merentur iidem etiam
porro et exinde, quod binas hasce Textus voculas per totidem
reddere allaborarint. Germanice proinde quoque optime forte
redderenter per Auf! Gehe! languidores econtra ac extensæ nimis
prototypoque consequenter conformes minus istæ sunt circum-
locu-

